

Proemium

Proemium in quartam

partē Summe tomuni Antonini archiepiscopi
piscopi ordinis predicatorum.

Benedictiones dabit legislator

ibunt de virtute in vir-
tutem. videbit deus deorum
i syon. ps. lxxxiij. Tota vi-
ta hominis super terram.

est quoddam iter. Unde dicitur **Eccl. ij.** Sur-
gite et ite. quia non habetis hic requiem. Et quod
omnis morus est propter quietem. qui vult salus esse
operetur ut in mente sibi prestinet terminum ad
quem pervenire intendat. ad quem perveniens requie-
scat. et medium vie per quam incedat lumine illu-
stratus. quia qui ambulat in tenebris. nescit quomodo
vadit **Job. xij.** ait christus qui est via. veritas et
vita. Lumen est gratia divina. Via est virtus.
Virtus est via que ducit ad vitam. **Matth. vij.** inquit
dominus noster. quia virtus consistit circa difficultata. Ter-
minus est vita eterna. supra hierusalem dicta
pax visio. ubi sedebit populus in pulchritudine pa-
cis. in requie opulenta. ut testatur **Esa. xxxij.** Con-
tra via lata. que videtur recta. luce gratie carenti
et novissima eius ducit ad mortem sempiternam.
infernalis babilonis est peccatorum via. quo per-
veniunt es fuit dominus alienis. id est demonibus qui
non dant eis ullam requiem et dicitur in **Eccl. i.**
Zuerfaminum igitur vitia. colite et tures. et operatur
naturaliter requiem consequimini. Et hoc est quod
dicitur **Eccl. i.** Benedictione etc. Vbi tria nota.

Principium ubi moveamur. ubi benedictione dabit
Deum per quod proficiamus. ubi ibunt de virtute.
Terminus ad quem perducamur. ubi videbit deus.

Principium ubi operetur nos moveri in bono ope-
rando. est lucis gratia. Sine misericordia enim
dei sine gratia pervenire. ut velimus et subsequere
ut volunt bonum operemur. nulla bona opera face-
re valeamus. ait **Aug.** scilicet meritoria. Et hic gratia
propheta vocat benedictionem. Nil ita benedicitur. id est effi-
citur creature rationali a deo in vita presentis. sicut
cum gratia ei infunditur. Dicere enim dei est face-
re. unde **Proverb. x.** Benedictio domini super caput. id est
mentem iusti. Pro hac enim datur benedictio glorie. cum
dicitur **Matth. v.** Venite benedicti patris mei percipite regnum
etc. **Matth. xxv.** Hanc autem benedictionem dabit. non
retribuet seu reddet quia non ex operibus nostris.
sed gratis sua liberalitate largitur. alioquin iam non
est gratia. Dabit autem legislator qui est christus.
Unus est enim legislator et iudex **Jaco. iij.** qui le-
gem moysaica dedit in qua sunt precepta omnium
virtutum. et eiusa zelica in qua sunt consilia ad per-
fectionem ducuntur. **De qua gratia**

habes diffuse infra in ista quarta parte tituli octa-
vi. **Deum** per quod proficiamus est virtus. ibunt
de virtute in virtute. Unde **Proverb. iij.** Jus-
ta semita quasi lux splendens proficit et crescit
usque ad perfectum diem. semita que est via arcta
est virtus per quam incedunt iusti. Ista assimilatur
luci. que paulatim in die crescit usque in meridiem
sic ait **Eccl. i.** Et nemo repete fit summus
sed a minimis quisque inclinat. ut ad maiora per-
veniat. Et hoc est quod dicitur. **Eccl. i.** Ibunt de virtute in vir-
tutem imitantes apostolum dicentem **Phil. iij.** Que
retro sunt oblitus. id est anteriora me extendens ad
bravium sequor superne vocationis. In cuius fi-
gura quas vidit **Eccl. i.** in spiritu sancto. animalia
(ut exponit **Breg.**) cum ambularent non reuer-
tebant se ad defectos dimissos. nec firma ma-
nebant. Invidiosa. sed unumquodque ante faciem suam
gradiebatur. **Eccl. i. ca.** Et notandum quod duplex est
virtus. scilicet acquisita et infusa. Virtus acquisita est
que fit per bonum. id est. bonum facit habitum et opus
eius bonum reddit. Et hoc causatur ex actibus hu-
manis frequentatis. quia ex frequenti actu tem-
perantur. fit homo temperatus et sic de alijs. Sed
hominem non sufficiunt ad salutem. Unde non ve-
re bonum constituit nec opus bonum. sed meriti-
torium. et si in genere bonum. **Deum** infusa dif-
finitur a magistro sententiarum in secundo post **Augu-
stinum.** Quod est bona qualitas mentis. id est. qui-
dam habitus bonus in mente. que recte vivit
quam deus in nobis. sine nobis operatur. sine no-
bis intelligitur non principaliter operantibus sed
in nobis presentibus et cooperantibus. Et ista
ecce non causatur ab actu humano. sed ex infusi-
one divina. Et ex ea causatur actus meritorius et
multiplicatur frequenter. actus autem auget habitum
Et virtutibus igitur acquisitis. Ibunt electi dei in
virtutem infusam. quia ille disponunt ad vitam.

Secundo sciendum quod in virtute qualiter con-
sideratur et habitus et actus eius. que sunt distin-
cta realiter. Nam habitus semper manet. nisi
virtus per mortale excludatur. Actus autem eius
transit et meritum in anima remanet. Non autem
habitibus sed actibus meremur si boni sunt et
temerent si mali. Frequenter ipsa virtus que pro-
prie improbat habitum denominat actum suum. ut
actus eius dicatur virtus. ut ubi gratia. In sim-
bolo **athanasii** dicitur. Est ergo fides recta. ut cre-
damus et confiteamur. quia dominus noster iesus
christus dei filius deus et homo est. Credere pro-
prie non est fides sed actus eius interior. et con-
fiteri actus exterior. unde sumitur
suo. Et sic sumitur ibi. **Phil.**
id est exercebunt in a-
ctu virtutis et non
debet semper se ex-
modo in actu fide
sua predicat. quan

illud. **C**redite illi et non euacuabit merces vestra. **A**ccedente enim ad deum, oportet credere ait apostolus ad Hebr. xi. **I**ste est primus passus in processu et tutum aliquem in actu spei. ps. xxvi. **S**pera in deo et fac bonitatem, expectando beatitudinem a deo et auxilium gratie, si tamen ex parte tua facias bonitates alias presumeres, non sperares. **D**e spe aliquem et sepe procedendum est ad actum charitatis, iuxta illud Luc. x. **D**iligens dominum deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omni mente tua, et primum tuum sicut teipsum. **D**e virtutibus theologis ibant exercebendo se electi ad opera bonorum, que etiam sunt virtutes licet bona dicantur non virtutes aliquem in actu diuini timoris. Eccl. vii. **T**ime deum et mandata eius serua. **E**t de timore ad actum pietatis eorum, scilicet que pertinent ad cultum diuinum, videlicet ad orationem, votum iuramentum, et huiusmodi. **D**e etiam misericordiam ad primum, i. ad primo. iii. **E**xerce teipsum ad pietatem, de pietate ibunt ad actum scientie. **D**icere, quod scito et vide quia malum et amarum est te de reliquisse deum tuum, pertinet enim ad bonitatem, nosse defectus suos, et bene conuersari inter homines ut non decipiat. **D**e scientia ibunt ad actum fortitudinis ut non solum equanimiter aduersa sustineat, sed ardentem aggrediantur anxia pro deo thibie. v. fortis animo esto. **D**e fortitudine ibunt ad actum consilii, et circa aduersa que occurrunt agent meliora assumendo. vii. **E**ccl. xxii. **S**ine consilio scientie nihil facias, et post factum non penitebis. **D**e consilio ad actum intellectus inter legendo scripturas non solum que in cortice, quod littera occidit spiritus aut viuificat penetrando et gustando ps. ii. **E**t nunc reges intelligite erudimini que iudicatis terram, id est corpus eius dominando, ideo reges. **D**e intellectu ad scientiam diuinam degustando, ad Col. iii. **Q**ue sursum sunt sapite non que super terram. **D**e bonis transeunt ad virtutes cardinales, ut inferiores eis operationes earum agendo. **A**liquem in virtute continentie, quo ad abstinentiam et castitatem et alias eius pres prima perri primo. **S**obrii estote et vigilate quia aduersarius vestri diabolus etc. **D**e virtute temperantie ad actum ibunt fortitudinis patienter ferendo que cumque aduersa pro virtute, iuxta illud Eccl. ii. c. **D**omine quod tibi applicitum fuerit accipe et in dolore sustine, et in humilitate tua patientiam habet. **E**t de fortitudine ad actum iusticie secundum illud. **I**uste iudica primo. **L**evi. xix. **E**t de iusticia ad prudentiam secundum **M**atth. x. **E**stote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. **D**e his omnibus et partibus et actibus bonis istum distinctum in. xvi. **D**e bonis et bonis habet unum **D**e bonis est de gratia in me **D**e bonis positi sunt sed **D**e bonis. **S**extus decimus **D**e bonis. **S**extus decimus **D**e bonis, qui est in prin

cipio seu primus titulus. **T**ertio sciendum quod quelibet virtus habet gradus perfectionis maioris et minoris iuxta illud Job. xxxi. per singulos gradus pronunciat illi. scilicet deum, quod quantum magis quis ascendit ad maiorem gradum perfectionis virtutum, tantum magis debet deum laudare, et ab eo recognoscere totum, et tantum magis glorificat deus ut ostendit magnitudo eius apud homines, qui talia conantur hominibus. **D**e his gradibus diffuse tractat Gregorius de pe. dist. ii. **C**um sanctam ecclesiam terminus ad quem perducamur est ire de virtute in virtutem, inde videbit deus deorum in syon deus dicit deorum scilicet dominus, i. angelorum et sanctorum et omnium dignitatum actorum et ipsi deum aliquem dicunt. **S**yon interpretatur speculatio, quia sancti speculantur, i. clare videt deum facie ad faciem. **E**t visio est tota merces, ait Augustinus. **Q**uod et saluator ipse ostendit cum ait Job. xvii. **H**ec est vita eterna ut cognoscant, scilicet clare et perfecte, te solum verum deum et quem misisti te ipsum christum. **D**ebit notatur mysterium trinitatis personarum et unitatis essentie et humanitatis christi assumpti ut alius dicitur est, quod totum ibi videbit. **V**isio autem illa tante pulchritudinis est, tantoque amore dignissima, ut quebuslibet et quantilibet bonis predictis sine ea, animas existimet infelicissimas plotinus philosophus, ut refert Augustinus. x. de ciuitate dei. c. xxii. **I**mplebitur inquit ps. liii. in bonis domus tue sanctum est templum tuum mirabile in equitate, vel in iusticia secundum aliam litteram. **D**omus dei in qua mansiones multae sunt varietate primorum est status glorie ubi videt deus, et ibi replebitur bonis. **D**ic nulla boni plenitudo, scilicet talis que mentem quietet. **N**am nec avarus implet pecunia, ut dicitur Eccl. v. nec saturat oculus visu, nec auris auditu. **E**ccl. i. quocumque quod pulchrum et sonorum vel sapientium verborum. **S**ed ut ait Augustinus in li. confessionum, fecisti nos domine ad te, et inquietum est cor nostrum donec quiescat in te, scilicet in patria et ibi implebitur bonis. **N**am intellectus implebitur cognitione summe veritatis. **E**cclia canit. **Q**ue nunc in spem gerimus plena veritate capiamus, voluntas seu affectus implebitur dilectione immense bonitatis. **Q**uod in canticis. **V**idistis eam scilicet aiam ad patriam ascendentem plenam charitate. **I**rascibilis implebitur contentione perpetue securitatis. **E**ccl. xxii. **I**n plenitudine sanctorum contentio mea. **D**etinet diuina sapientia que ibi loquitur, quia detinetes fac sanctorum plenitudine bonorum illorum. **C**oncupiscibilis implebitur fruitione perpetue iocunditatis. **ps.** **A**dimplebitis in melencia vel iocunditate cum vultu tuo. **C**riteri tunc deus omnia in omnibus scilicet beatis, unde impletur omnino. **S**anctum est templum subdit ps. in dicra auctoritate. **T**emplum dei estis vos, ait apostolus. i. ad Cor. iii. et ipsi sancti domus dei, sanctum est, id est mundum ab omni peccato, sine macula enim sunt ante throno

Proemium

num dei. Apoc. xiii. Sanctum est deo dedicatum
ibi enim vacabitur laudibus dei. nec aliud erit
exercitium dicit Augustinus. Sanctum. i. firmum ut
nunquam auerri possit a deo. nec aliqua infirmitas
vel molestia corporis. Mirabile in equitate vel
iusticia. Iusticia ut dicitur per se est omnis virtus
sine hac acceptioem dicitur. **Barb. xxv.** Iu-
sti autem ibunt in vitam eternam. non enim ad
illam aliter pervenirent sine iusticia. i. omnis
virtus inveniret in eis. ita quod nulla deficiat. **Ip-
sius** dicitur tibi in eis permanere. sed ad alium
ultimum quod hic Augustinus. **Sup. ps.** tractans illud mira-
bile in iusticia sic ait. ista sunt bona illius domus
et templi. non dixit templum mirabile in colum-
nis mirabile in marmoribus. mirabile in tectis
auratis. sed mirabile in iusticia. **Vales** foris
oculos unde videas marmora et aurum. **Inus**
est oculus. unde videat pulcritudo iusticie. si nul-
la est pulcritudo iusticie. cur amatur iustus se-
ner. **Quid** affert in corpore quod oculos delectet
Luxuria membra. rugatam frontem. caput canis
albatum imbecillitatem undique querulis plenam
Sed forte oculos tuos non delectat senectus de-

crepita aures tuas delectat. quibus vocibus quo-
cantu. **An** forte sonus verborum eius delectat
aures tuas. que verba vir plena enunciat lap-
sis dentibus. tamen si iustus est. si alienum non
concupiscit. si quod suum est erogat pauperibus
si bene monet et rectum sapit integrum credit. si
paratus est pro fide veritatis. ipsa contracta me-
bra impendere. **Quid** in hominibus amamus. quid
oculis carnis in eo videmus bonum. nihil. **Que-**
dam est ergo pulcritudo iusticie. quam videmus
oculis cordis. quam amamus. quam exardesci-
mus. quid in martyribus erat quod amaretur
nisi quia erat in illa feditate laniatorum mem-
brorum integra pulcritudo iusticie. **Ista** sunt bo-
na domus dei. **His** te para satiare hoc ille. **Si**
ergo virtus hic amatur. sapientia appetitur. gau-
dium seu delectatio queritur. et ibi videtur de-
orum omnia ista plenissime. ergo illa domus
illud templum querendum. illud super omnia
amandum. ad illud totis viribus insudandum
per virtutum viam consequendum. ad quod
nos perducatur qui in celis sine fine vivit et re-
gnat.